

potest. l. 24. ff. de N. G. l. 27 ff. de procur. l. 34. §. 4. de solut. l. 24. C. de procur. Posteriori casu, cum factum infectum fieri nequeat, damnum erit illius, cuius dolo vel culpa effectum, quod volunt invalida ad effectum perducta. Ut * verò constet, an & qn. executor in utroque hoc casu teneatur, respiciendum, num ipse sciverit testamentum & similes voluntates esse nullas, an verò ignoravit; Si scivit, quoniam non indicavit, sed suppressâ & occultatâ nullitate in exequendo perrexit, idè dolo fecisse videtur, & tq. testamentarius alia significatione, h. e. tq. falsarius, non tantùm de omni eo, quod interest, sed & a pœnam tenebitur, l. 1. pr. l. 2. ff. ad L. Corn. de fals. Vid. Spectab. Facult. Jur. Decanum, Virum Nobiliss. atque Consultiss. Dn. Joh. Gravium, Academ. hujus Prof. Pract. Celeberr. Dn. Patronum & Præceptorem nostrum prolixè devenerand. in *Differt. de Crim. fals. tb. 15.* Si * executor nullitatem ignoravit, tunc videndum, an sua culpa, an citra illam, ab alio ad id inductus, firmam crediderit voluntatem & exequendam: Priori casu damnum est ipsius, nec expensas repetere potest; damnum enim, quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur, per vulg. Posteriori casu nullatenus inquietari debet; arg. l. ult. ff. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. sed ipse potius contra falsarios agere, & expensas repetere potest. vid. iterum Excell. D. D. Gravium, d. *Disp. tb. 34. 35.* Joh. Bertachin. quoque *ad hanc quest. in Lexic. p. 385.* citat Tancr. in *summa Rubr. de ult. volunt. quest. 6. in fin.* Idem dicendum, quod si il. expensas repetere possit, si negotium hereditarium gesserit. vid. l. hereditas. ff. de her. petit.

CAPUT VIII.

De Forma Executorum U. V.

Accedimus * Formam & characterem, cuius vi executores ultimarum voluntatum à quibusvis aliis segregari possunt. Develant ipsum finis & objectum cui versando destinati sunt. Etenim * plures in Utroque Jure reperimus executores, qui cuncti rebus ad finem & effectum adducendis, sed aliis tamen atque aliis, ordinantur. Nostri * defunctorum suprema judicia tractare, &, quantum in ipsis est, ad amissum implere & exequi tenentur. Eo * ipso toto, quod ajunt, cælo distantes ab executoribus sententiarum, quas judex, & laudi, quod arbiter dicunt. Enimverò * sapius, etiam super ultimis voluntatibus, in foro pronuntiat, & exequendis sententiis ministri constituuntur; sed ii tamen plurimum à nostris discrepant, siquidem ultimam voluntatem, non qua talem,

E 3

ut

41.

47.

1.

2.

3.

4.

5.